



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**SELECTA=||RVM DECLAMATIONVM || Philippi Melanthonis,
quas con=||scripsit, & partim ipse in schola
Vui=||tebergensi recitavit, partim alijs recitandas
exhibuit.|| TOMVS ... ||**

Melanchthon, Philipp

1559

VD16 M 3567

Oratio de miserijs & ærumnis Pædagogorum, quas tum in docendo, tum
regendorum morum cura, perserunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34734

tionem. Postremò quia non tam mea oratione,
 quam auctoritate et sententia optimorum, et præ
 stantissimorum auctoꝝ uos adhortor, libuit in si-
 ne adijcere memorabile dictũ Senecæ, qui sic in po- Senecæ.
 stremo libro de ira ait: Dũ inter homines sumus,
 colamus humanitatem, non timori cuiquam, non
 periculo simus: detrimenta, iniurias, conuitia, uel
 lationes contemnamus, et magno animo, breuia
 feramus incõmoda, dum respicimus, quod aiunt,
 uersamusq; nos, immortalitas aderit. Dixi.

DE MISERIIIS PAEDAGOGO-
 rum Oratio.



PN Aesopi apologis queritur Paedagogi as-
 nis magis mise-
 ri.
 apud Iouẽ asinus de suis aru-
 mnis, quotidianis se operis
 cõfici et enecari: sed est que-
 rela Paedagogorum de suis
 miserijs iustior profectò, si
 res ad calculos reuocetur,
 quam asini. Quis enim ullo in pristino asinus tan-
 tum mali pertulit, quãtum mediocrius paedagogus
 in uno atq; altero docendo, tum laboris exhaurit,
 tũ molestiæ perpetitur? Quo in genere uite, quia
 mihi aliquandiu uersari cõtigit, et experiri quãtum
 sit calamitosum, libuit in præsentia de paedagogo

o rurs

rum miserijs dicere, & cōmunia mala nostris
 nis deplorare: Est enim quædā in malis uoluptas,
 liberè conqueri, sicut Ouidius ait cum scripsit

Expletur lachrymis egeriturq; dolor.

Proinde cum alios æquis animis de alienis ne-
 gocijs dicentes audiatis, et mihi quæso meā agendi
 fabulam, uerumq; dolorem representanti operi-
 date. Et si ille apud Terentium, cum dicit hominem
 se esse, nihil humani alienum abs se esse, recte iudi-
 cavit, humanum esse alterius miseria affici debetis
 profecto et uos uice mea commoueri, et queri-
 lam meam patienter audire, mihiq; ueniam date,
 sicubi diutius iusto in commorandis malis no-
 •, commorari uidebor: Nam ubi dolet, aiunt, ibi ma-
 •, num quisque habet. Ego cum per inopiam ingenij
 •, sentirem me nil huc adferre posse, quod magis
 re delectaret, & me quotidiane uitæ consuetudine
 huius argumenti admoneret, gessi scilicet meo do-
 lori morem, & hanc materiam sumpsit pro uita
 tractandam. Ex qua equidem non ingenij laudem
 sed in hac carnificina quædam curarum solatio
 captabam, planè mihi requires, non sama petita
 est. Nec me sinebant hæc mala diligentius elabo-
 ratam orationem huc adferre. Sed dum doloris
 sequor, sine ordine incondita pleraq; effudi, quæ
 condonabitis, opinor, mihi facile, si qua misera

tio mei tanget. Neq; enim uacabat animo sic occupato, uerborum habere acurratiorem delectum.

Sed exordiar aliquando causam, quam animus meminisse horret, luctuq; refugit, et querar apud nos de conditione paedagogorum, quo genere hominum nulli mihi, ne quidem in ergastulis, uidentur infeliciores. Primum enim cum traditur paedago puer docendus, et ad humanitatem ac uirtutem informandus, uidete quae so quam duram provinciam plenamq; miserrimi laboris ac periculorum copiat. Non ante matura aetas pueri uiderur

Commemoratio & praeludia miseriarum,

Domestica indulgentia corruptus puer.

ut mittatur in ludum literarium, quam cum domestica indulgentia corruptus est, et uitia tum intelligit tum degustauit, is non modo nullum amorem literarum aut admirationem, sed acerrimum erga illas odium, contemptum praceptorum, turpissima exempla domo adfert. Cum eiusmodi monstrum praceptorum detertandum est. Si doceas, peregrinatur animus pueri, et ut optime succedat, sexcenties idem inculcandum est, dum illi inuito haereat in animo: cum paululum modo despexeris, rursus ex animo illa omnia toties decantata uerbo effluunt. Si reddere cogas quae didicit, tum uerò uideas plane ludibrio haberi praceptorem. Nam puer, ut est, contumacia, uoluptas est admisisse aliquid, quod urat et exerceat praceptorem.

o ij Si quis

Si quis cogatur docere camelum saltare, aut asinum fidibus ludere, nonne illum egregie miserum dicas, qui frustra maximum laborem sumat. At id tolerabilius est, quam nostros pueros docere. Nam ut nihil promoueas in camelo aut asino exercendo, certe illi nulla iniuria cumulant molestiam. At isti belli pueri cum strenue defatigant nos, quam sunt insuper in nos contumeliositas inuasus qui palam ausit conuivium facere preceptari, & manus auriculas imitatur mobilis albi.

Petrus:

Et eiusmodi mores domo ad preceptores adferunt, nihilo reuerentius antea parentes tractant, quam nunc magistris tractent. Et paulatim uertit in naturam mala consuetudo, ut corrigi et emendari haec uitia nunquam possint. Quid est non haec miseria, perpetuis curis ac labore in descendendo frustra consumi et enecari? Deinde pro talibus meritis etiam ludos deliciasque et quidem puero fieri.

Sisyphi saxum in Scholis.

Pingunt apud inferos Sisyphum immane saxum in aduersum montem uoluere, quod tamen in summo iam uertice rursus labitur, & plani vix optimi petit aquora campi: Significarique scribitur eo commento, irrito labore multos mortales confici. Mihi multo clarius representari uideretur inanis opera, si pingeretur ibi pedagogus cum eiusmodi puero, qualem paulo ante descripsimus.

Quanto

Quāto enim maius negocium est pædagogum quā
 Sisypho, nec tamē maius operæ præcium fit. Illius
 in uersando saxo simplex labor est, et cura uacat,
 pædagogus uide mihi quā multiplex negocium
 fit. Nunquā nisi coactus à præceptore puer librū
 in manus sumit, ubi acceperit, oculi atq; animus
 expatiantur. Ibi tanquā calcaria addenda, quæ ad
 moneāt officij. Enarrat aliquid præceptor, iam il
 li delicato somnus obrepit, & securus in utranq;
 aurem dormit, dum se pædagogus dicēdo rumpit.
 Nouum ibi negociū fit pædagogum expergescien
 di discipuli. Dictata repetuntur, experrectus ado
 lescens iubetur adijcere animum ad ea quæ tra
 duntur, uerū non est cura Hippoclydi, foris est
 animus tanquā in alio mundo, in ganeis, in alea, in
 perniciosi sodalitij ludis. Tantum abest, ut memi
 nisse aliquid studeat, ut eam legem quæ de cōnu
 uijis extabat apud Græcos, $\mu\iota\sigma\omega\ \mu\upsilon\acute{\alpha}\ \mu\omicron\nu\alpha\ \sigma\upsilon\mu\epsilon\tau\omicron\tau\eta\mu$
 ipse de scholis latam putet, et incisam nō in
 æt, sed in sculptā animo circumferat $\mu\iota\sigma\omega\ \mu\upsilon\acute{\alpha}\ \mu\omicron$
 $\nu\alpha\ \mu\alpha\delta\acute{\alpha}\tau\eta\mu$. Itaq; si postridie dictata reposeas,
 quia perfluxerunt aures omnia, nil tenet, ibi ma
 gistro redit labor actus in orbē. Orditur pristina
 cantilenā, nec semel repetit, donec isti trunco unū
 atq; alterum uerbum infligatur. Quis est tam cor
 nea fibra, qui non stomachetur, tantum operæ se
 o iij perdere,

Erasmus in
 Chil.

perdere, praesertim cum interea & valetudinis
 iactura facienda sit? Nam atteruntur & labefiunt
 corporis vires, non modo dicendi labore, sed etiam
 cura, doloreque animi, quem, quia non respondent no-
 stra diligentia studia puerorum, indignitas reperi-
 rit. Seculum in his miserijs consumitur, dum ipse
 primas literas didicerit. Nec putet se iam defunctum
 esse pedagogus, haec tantum nostra Tragedia pro-
 ludia sunt, restat Epitasis multo & rumnosior.

Epitasis huius
 Tragedia.

Infinitus labor est, os puerile formare, & in
 Latinam linguam assuefacere: Nam cum lingua
 expoliatur consuetudine bene loquendi, eamque ad
 re disertorum commercia multum momenti adscribitur,
 primum, ut est negligentia, conuertunt ex proprio
 mo, hoc est, a patria lingua omnem sermonem. Latine
 loqui, quia id difficilius erat, ne quidem conueni-
 tur. Deinde quia sui similibus delectantur, eruditio-
 rum commercia procul fugiunt. Apud unum
 praeceptorē Latino sermone utendū est, ad quem
 cum uentum est, Dij immortales, quale spectaculum
 committitur? Puer aliquandiu in status mo-
 dum profusus mutus est. Postea ubi se colligere con-
 perit, ac meditari uerba, quia animus perturbatus
 est, oculi superciliaque peruertuntur, si uilem
 dicas comitiali morbo arripi: peruertitur & in
 uelat Cynico spasmus foedissimo rictu. Post

I.
 Sermo.

diu secum luctatus est, tandem uocem adit. Sed ne
 deprehendatur, si quod fortè existet solæcum, stri
 dit obscure. Quidam ingeniosi sunt in postrema syl
 laba & casu dictionis obruendo, ne percipiatur.
 lubet præceptor clara uoce pronunciare, ille ite
 rat & uerba cadentia tollit. Exaudit iam præce
 ptor, sed nihil nisi uerborum portenta. Nec auto
 res qui præleguntur redolet sermo, nec cum Græ
 maticis præceptis conuenit. Hic demum sentit se
 uerè miserum esse pædagogus: Nā cum ex studijs
 puerilibus nō alius fructus petatur, quàm ut expe
 ditè loqui possint, hic uidet sibi operam et oleum
 in dicendo perire, in tam prodigiosa discipuli in
 fantia. Sed quæ difficultates exorbēdæ sunt, dū
 huic uitio mederi studet? Dissimulandus ei dolor
 animi, iracūdia reprimēda est, comitate puero per
 turbatio animi sedanda, blandè inuitā dus est ad lo
 quendū. Sæpe trahendi lōgius de industria sermo
 nes, ut cōsuetudinem latinè loquēdi puero faciat.

II.
Stylus

Hæc una res cum plus satis adferat molestiæ, ta
 men multò magis exercet præceptorem stylus,
 quem ut latina lingua fiat puero familiaris, adhi
 bendum esse uidet, ut usu scribendi confirmatus tu
 to loqui possit. Nō enim unum remedium ad excu
 tiendū istum ueternū puerilibus ingenijs satis est.
 Sed cum nihil perinde ad parandam quàm uberrimè

mam sermonis copiam conducat atq; assiduus sty-
 lus, non alium laborem tamen perinde recusat
 suscipere, atq; scribendi. Nihil est opus hic recu-
 sere causas: Etenim nota uobis natura hominum
 nostrorum. Immane quantus labor est perpetere,
 ut uel toto semestri unum epistolum scribat. Ego
 uerò comperi non aliam crucem nobis esse acri-
 biorē, quàm cum istis cessatoribus quotidie riu-
 ri, cum officij monentur. Neq; uerò unquam
 potest, ut unum uersum scribat, nisi præceptor
 fideat, dicat argumentum, suppeditet uerba. Et
 cum inueniēdi cura uacat, tum ægrè dictata ex-
 pit. Serò hac consuetudine eò promoueris, ut
 Marte conetur scribere, si tamen unquam con-
 tur. Nam illum crede uirgula diuina ad uirtutem
 incitari, qui uel sero per sese conatur aliquid con-
 ponere. Quis non malit in pistrino molere, quam
 hanc tam molestā plenamq; stomachi perniciem
 gerere? Sed fac istum tandem cœpisse scribere
 primum operæ in emendatione scriptorum ponē-
 dum est. Est enim sceleratus præceptor, qui hoc
 re cessat, si Horatio credimus, qui negat bono-
 uirum esse, qui cum censor fiat alieni scripti, in-
 tia non reprehendat. Est enim notus uersus
 Vir bonus et prudēs uersus reprehēdet inter-
 Primū autem in corrigendis sermonis

Emendatio
 scriptorum.

oculatus præceptor non simplicem laborē sumit,
 dum Grammatica errata mutat, dum obscure &
 ambigüe dicta perspicuè explicat, dum impro-
 pria corrigit, dum horridis addit nitorem, et figu-
 ris illuminat, et graviora blandioraq; facit. Por-
 ro relegere inepta scripta puerorum molestū est
 quāuis patienti præceptor, quāto magis emenda-
 tio fatiget? præsertim cum plerunq; ratio etiam
 cur quippiā mutarit, indicanda sit. Tum castigandi
 acrius qui negligentius scripsere, hortādi alij ut
 inceptum cursum urgeant. Neq; uero tantum ser-
 monis uitia monstranda sunt, sed in his quæ iam
 nonnihil promouerunt, rerum etiā habēda ratio,
 et uoluntates regendæ. Quosdā enim cōuitia dele-
 ctant, in alijs est ridicula uanitas, et inanis iactan-
 tia, et frē mores stylus arguit. Hæc uitia cum ui-
 res accipiunt, nec ē teneris animis euelluntur, hæ-
 rent in senibus summa cū turpitudine. Expendite
 queso, constent hæc mediocribus præceptoribus,
 uel si dociles habeāt discipulos, & tamen nostris
 frē aut ingenia desunt, aut deest uoluntas discen-
 di. Duplicatur autē labor, cum summa ui ad offici-
 um cogendi sunt. Nam ut in acie parum scelix Im-
 perator, si milites habeat primum ignauos, dein-
 de quos non pudeat fugere, postremo qui non ob-
 temperent, sed pugnent iniussi, locum capiant ex
 suo arbi-

o v suo arbi-

suo arbitrio, nō seruēt ordines: Etenim apud The-
 cididem egregius quidā Imperator dicit ad boe
 • pugnandū requiri, ut uelint milites, ut fugere
 • deat, ut obtemperent Imperatoribus: Ita in hac
 scholastica militia miserimis curis præceptorū
 ficitur, cū docendos susceperit, qui primum nō
 flagrāt ulla cupiditate discendi. Nihil enim in
 omni uita egregium effici potest, nisi animus
 eius rei, quā affectat, ardeat, et ad eū magno qu
 dam motu, atq; impetu rapiatur. At nostri tri
 ter frigent in discendo, nec accendi ulla ratio
 possunt, magis cogi uolunt tanquā pecudes. De
 de nec laudis amore, nec pudore extimulantur.

Porro cum hominum naturæ proprie pueri
 stus sit, quid esse nostros pueros dicā, quos alio
 non pudet inscitia? ego uerius monstra hominum
 dixerim, quā qui mutilis membris aut caeci nati
 tur. Est enim leuius malū, mutilo pede esse, quā
 humana mente carere. Isti enim simpliciter huma
 na specie beluinas mentes tegunt, quos in re
 piissima flagitiosissimaq; sui nihil pudet. Postremo
 nunquam quisquam tam scelix præceptor fuit, qui
 ita obtemperarit discipulus, ut præscripta discen
 di rationem secutus sit, ut ad hos autores euolu
 dos alligari se passus sit, in quibus eum solis uel
 ri atq; commorari, tanquam domi suæ præcepto

volebat, ut ad tēpus scripta absoluerit, ut ea quæ
 edidit statis horis memoria repetiuerit, ut ser-
 mone castigatiore apud sodales usus sit. Nostri
 quidē nihil horū præstant, in carcerem se includi
 citius patienter, quā in uno autore detineri. Va-
 rietas grata est illi ætati. Itaq; uaria, sed plerūq;
 deteriora legūt, si tamen aliquid legunt. Iā fōdere
 malunt quā memoriā aut linguam exercere. Sic
 sunt pueri in genere, alij magis, aut minus ignaui.
 Nā etiam si quis indole generosa est, tamen ea æta-
 te parum in animis roboris est. Et quemadmodum
 lōgus labor est infantium corpora firmare, gestā-
 do, alijsq; mollibus exercitijs, sic infantia ingeni-
 orum nō nisi sero curatur, postquā diu summa co-
 mitate docueris et adsuesceris, nec aliter tracta-
 ris atq; suos alumnos nutricula tractāt. In tanta
 inertia istorum, cogitate quid animi præceptor
 sit, nimirū idem quod Imperatori, qui abiecta ui-
 ctorie spe, intelligit hosti salutem, tum suam, tum
 patrie scelebre exercitus sui proditam esse. Consu-
 mitur acerbissimis curis, uidens tam malè locari
 grauisimos labores in iuuentute formanda.

Varietas istius
 ætatis.

?
 Mores.

Dixi hæcenus de erumnis, quas in docendo tan-
 tum perferimus, restat altera officij nostri pars
 longè difficilior superiori, cura regendorum mo-
 rum. Quid ibi mali non uidet præceptor? Pri-
 mum

mum etas illa natura ad uitium propensor est. Et
 •• Plato scripsit, nullam beluã intractabiliorem esse
 •• puero. Itaq; tãtopere sudabit p̄ceptor in regni-
 dis his, qui domi summa diligentia parentũ et ri-
 ligionẽ et ad bonos mores instituti sunt, ut loci
 aut ursum experiatur facilius posse gubernari
 quã hos. Et tamen in scholas quotquot feruntur
 tuntur, pessimos mores, turpissima exempla
 •• runt, ut refingendi sint de integro. Est autem
 cilius, praua quæ semel insederũt, dedocere, quã
 rectã docere. Scitis enim Musicum illum genis
 mercede docuisse, qui ante sub alijs magistris ma-
 lè assuesacti erãt. Pugnamus ergo cũ ingenij
 erilibus, quæ per sese ferocissima sunt, præsertim
 in Germanis & domestico usu corrupto. Vides
 enim istos bonos parentes, quorũ multi se Epi-
 licos uocãt, cum in ea etate prima esse tradenda
 religionis cura debeat, hi ne quidẽ sacras præcepta
 Decalogũ et hoc genus alia domi docent, plerũque
 parentes cõtemptum religionis docent. Tam cor-
 ruptum hoc nostrum seculum est, ut iure possit
 cere, deceptum esse Satyricum, cum dixit:
 Nil erit ulterius quod nostris moribus alio
 Posteritas.
 Omne in præcipiti uitium stetit,
 Neq; enim dici potest quanta accessio scelerum
 omni

Corruptus hu-
 jus seculi sta-
 tus.

omnis generis, nuper adeo ad uetera uitia facta sit. Domestica disciplina periit, quae tamen nobis pueris erat mediocris. Magna diligentia domi tra debatur elementa pietatis. Nunc alia res est, ridetur sacra, eamque summam sapientiam ducunt. Et quia Dei metus exemptus est animis puerorum, ruitur in omnia uitia, quorum ego iam memoracione non delector: Proinde cum in scholam uentum est, necesse est sumi in docendis primis pietatis gymnasmatis opera. Sed quid discerent infecti ante impijs opinionibus? Sed ut mediocriter succedet, tamen in officio retinere quantus labor est? domi retinere, ercere a corruptis sodalibus, a ganeis, ab alea, et reliquis similibus? Hoc qui potest, illum ego non hominem, sed plane Deum quendam caelitus in terras publicae salutis causa delapsum esse pronunciauero.

Mille artes excogitant pueri fallendi praeepto
 Et in pluribus tatus furor est, ut palam contemnant imperium. Quia enim a literis perpetuae frivola sunt, ocium et docet et alit uitia. Est enim uerissima sententia, quam reliquit scriptam Columella in praeeptis, quae patrifamilias praescribit: Nil egendo fieri ut homines male agere discant. Iam ubi domo tanquam e carcere refractis repagulis fugerit adolescens, miserimae curae subeunt animum praeeptoris. Quae ille in fabula Mitio sibi uenire in men-

Mille artes puerorum decipiendi

in mentē dicit de filio, eadem præceptorem sollicitum habent, ne ille uspiā ceciderit, aut periret aliquid aut uulnus acceperit, & hoc genus alia. Quare iā cogitat sibi summa ui coercendū esse discipulū. Et cum hæcenus à plagis abstinerit, hinc demū ad ferocitatē castigandā promuntur uirga. Nā nostri homines nō nisi plagis coacti, sicut in Phrygiis in prouerbio est, imperata faciūt. Hic ille miser supra tot mala carnificinā cogitauerit, rē miserrimā, quæq; uel in primis nocent letudini nostræ. Nemo enim tā est otiosus præceptor, quin ex cōtumacia adolescentium cōmouetur, quemq; nō perturbet in uerberando impati-

Quid iam de cura ualetudinis puerorum uideamus? quid de sumptibus moderandis? quid de rebus sumptuum perscribendis? quæ, ne nimis longum faciam, cogor omittere. Etenim

Non mihi si centum linguæ sint orāq; certum

Omnia curarum percurrere nomina possim. Postquā præceptoris labores recensui, nunc uideate, quæ uicissim pro his tum merces, tum gratia redeat. Hæc uerò est tragica catastrophe: Superiora omnia ludum et iocum dices fuisse, prout hæc mala sunt, quæ restant commemoranda.

Catastrophe.

4.
Præmia.

Primum merces adeo est exigua, ut Satiyrus ea de re questus scripserit:

Poenituit multos uanæ stirilisq; cathedræ.

lure sterilem cathedrâ dixit : Nā fossorem pluris
quàm præceptorem conducunt. In his miserijs ala
genus, uiuimus siliquis & pane secundo, & uix
nos a fame defendimus. Videtis enim meâ maciem,
uidetis ut lacer incedam, quem si fortuna fecisset
uel bibliopolam, scitis quale sit id genus, ego iam
auro onustus incederem, tanquã aliquis Satrapa.

Ingratitudo

Deinde summa ingratitude puerorum est, qui
nō modo nullum se à nobis beneficium accipere di
cunt, sed neminem peius de se mereri arbitratur,
quàm nos. Qui nihil discunt, nos perinde ut literas
accerrimè oderunt, uelut suos carnifices. Quidam
alij leuiter degustatis literis, cum iam aliquam in
diant eruditionis persuasionem, sic placent sibi
(nā id solet ea ætas) ut præceptores nihil moren
tur, seq; iã ad summum fastigium eruditionis per
uenisse putent, ubi ex alto nos despiciant. Et non
modo non uident quàm curtã habeant suppellecti
lem, sed ne id quidem expendūt, quibus acceptum
ferre debeant id, quantumcunq; est quod didice
runt. Nec ego interea recito quàm uarijs contu
melijs nos adficiant, ut suspendant naso, posticis
lannis petant, si quid moncamus. Videte quæ so
quàm misera cōditio nostra sit. In eã ætatem bene
ficia nostra collocantur, quæ nondum benefacta
intelli-

1916

intelligit, tātum abest, ut mutuo amore nos cō-
 ſti, aut gratiā habere pro nostris officijs que-
 Sic pereunt nobis beneficia nostra magis quā
 lis mortalibus. Nā etiam cum ſenuere diſcipuli,
 * quia beneficij memoria, nō ſolet eſſe diuturna,
 * mo iam præceptorum meminit, quidā etiam mal-
 gratiā reddunt, ut Nero fecit. Neq; puerorum
 rentes pluris nos faciunt quā ipſi pueri. Nō
 pendunt depositā à ſe liberorum curam nobis
 poſuiſſe. Tota enim regendi docendiq; pueri pro-
 uincia nobis tradita eſt, plena ſollicitudinibus
 periculorū. Ipſi domi ſuæ ſecurè ſuum negotium
 agunt. Et iā cum mercedulam dederint, ut ex-
 brāt nobis ſuum beneficium? Si quid recte ſer-
 lius, nihil laudis adſcribitur præceptor. Si
 peccauit, accuſatur præceptor. Diogenes cū
 leſcentis geſtū in edendo reprehenuſſus eſſet,
 dagoſo impegit colaphum. Si iſti, quicquid peccat
 liberi, tranſferunt culpam in præceptores. Tu
 gratia nobis pro ſummis laboribus et curis re-
 tur. Si quis huc cōferat omnia uite genera, in-
 niet in nullo tātum calamitatum quantum in
 ſtro, planeq; affirmare auſim, nos omnium ma-
 lium longè arumnoſiſſimos eſſe, qui cum ſummis
 labores obeamus, in ſumma tamen inopia
 agrè traducimus, et interim nullo non contum-

Diogenes.

lie genere adficimur à discipulis, ab illorum parē
tibus, deniq; ab his, de quibus præclare meremur.
Neq; quisquam opinor uestrum est tam ferreo pe
dore, qui si hac consideret, uehementer misericor
dia nostri cōmoueat. Superfunt autem multò
plura mala, sed ego defessus sum hac cōmemoratio
ne, & tempus uetat prolixiorē esse orationem.

Itaq; ut finia, sunt mihi in hoc extremo actu di
scipuli nostri cōmonefaciendi, ut quoniam audie
runt sua uitia accusari, ignauia, contemptum lite
rarum, amorem uoluptatum, atq; ocij, ingrati
tudinem, admoniti à nobis dent operā ut hæc emen
dent, ita et nobis minuetur labor noster, et ipsi do
nam summa cum laude redibūt, et adferent egre
gum instrumentum rei familiaris conseruandæ, di
gnitatis comparandæ, et Reipub. gerendæ. Nam
cum uacui domum redeunt, quid accidit? quia ni
hil didicerunt, nullius usus sunt in Reipub. domiq;
cum summa ignominia uiuunt. Deinde quia in o
cio multa uitia contraxere, ea hærent in illis, po
tant, amant, latrocinantur, ut publicum odium ur
bis fiant. Exitus autem his moribus respōdet, alij
inter pocula occiduntur, alij suas fortunas in alea
perdunt, alios perdidere amores. Possē infinita
exemplarecitare, si sineret tēpus. Sic enim Deus
pœnam sumit de his, qui primū Deo autore ad

V.
παγαίβοις.

Quid accidas
improbis disci
pulis.

p hibiti

hibiti ad discendum, non faciunt suum officium.
 Nam quod parentes iussere, id Deus tanquam
 sua iussa fieri uoluit: Deinde malam gratiam bo-
 nemeritis praeceptoribus reddunt. Noli enim po-
 tare ullum esse scelus, quod perinde offenda De-
 um, atq; ingratitude: sic enim scriptum est, *For-*
non ut recedat malum à domo ingrati. Quae
autem Doctoribus debeatur, tum inde existimari
potest, quod in uicem parentum succedunt, et
lorum affectus erga pueros induunt, tum cum
 Paulus comonet cum ait: Duplici honore digni
 esse Doctores. Proinde si cupitis ut fortunati
 bis Deus uniuersum uitae uestrae cursum, data
 ram, ut uicissim ea praestetis, quae ille à uobis re-
 git, ut gnauiter obeatis prouinciam uobis à pa-
 rentibus commissam, & ut praepceptores uestrae
 amanter complectamini, & religiose colatis,
 nostra studia et nostrum amorem erga uos
 et augeatis, & mala nostra, uestra
 commoditate mitigetis.

DIXI,